



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 561 Usque Ad Annum 633

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117832

§.10. S. Anastasius Antiochenus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66072](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66072)

Sæculum VI. nonicis se implicuisse. Tum in Insulam
A. C. 565. Principiam in Propontide positam deve-
vit. S. Eu- tatus est; inde Amaseam Ponti Metropo-
tych. c. 5. n. 41 lim in Monasterium, cui olim præfuerat,
translatus. Ibi annos duodecim versa-
tus multa Miracula edidit.

§. X.

S. Anastasius Antiochenus.

Evag. 4. c. 33 Patriarchæ omnes multique Episcopi E-
dicto Imperatoris subscribere recu-
santes tam in Conciliis, quam datis pri-
vatim litteris refragabantur. Episcopi
vero Orientis jubenti Imperatori, ut sub-
scriberent, repugnarunt dicentes, se o-
mnes Exemplum Anastasi Episcopi An-
tiocheni sequi. Anastasius ante paucos
dies Dominino successerat, Vir virtutibus
Christianis & Doctrina maximus. In iis,
quæ ad Religionis summam pertinent,
c. 40. constantissimus, minora tamen non ne-
gligebat, comis sed non abjecto animo
apud illos, qui ab ipsius genio abhorre-
bant, severus & simul affabilis. Benigne
auscultabat, prompte respondebat, &
quæstiones sibi propositas solvebat, si
gravis momenti materia esset, ubi ser-
mones inutiles incidebant, auribus &
lingua carere videbatur. Imperator Ju-
stinianus nullum non movit lapidem, quo
virum in suas partes traheret, quod cre-
deret, omnes cœteros facile ejus vesti-
gia

gia secuturos. At semper Anastasius vi- Sæculum VI.
rili constantia se opposuit, & misso ad Im- A C. 566.
peratorem Responso doctissime demon-
strabat ex Doctrina Apostolorum & Pa-
trum, Corpus Domini nostri secundum
motus naturales & innocentes esse cor-
ruptibile. Idem respondit Monachis
primæ & secundæ Syriæ, ipsius mentem
exquirientibus, confirmavit eosdem in
fide, & quid ad eam defendendam affer-
rent, edocuit. Cum sciret se a Justinia-
no proscribendum, orationem com-
posuit, qua Populo suo valedicturus erat;
eam autem in lucem non edidit, nam
fata Imperatorem ex hac vita præripue-
runt.

c. 41.

§. XI.

*Justiniani obitus. Justinus II. Im-
perator.*

Justinianus Imperator anno Regni sui *Vit. Tun.*
Chr. Marii
Aum. Chr.
Pasch. p. 375
quadragesimo Indictione decima quin-
ta post Consulatum Basili 25. id est an-
no 566. 14. Nov. annos natus octoginta
quatuor e vita cessit. Quamvis hujus
Principis avaritia animique levitas & in-
constantia multum Reipublicæ & Eccle-
siæ nocuissent, nihilominus ob rerum
maximarum prosperum eventum Illustre
Nomen apud posteros nactus est. Græci
in suo Menologio Justiniani memoriam
secunda die Augusti agunt.

B 4

Justi-